



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Unus Pro Omnibus, Hoc est: Christus Jesus Dei Filius

Ginther, Anton

Augustæ Vindelicorum, 1733

VD18 12431648


Consideratio CLIII. Christus passus, & crucifixus docet nos, quomodo prudenter debeamus servare salutare silentium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45934)

R. S. Hieronymus & alii apud Cornelium; Viæ antiquæ sunt exempla Majorum nostrorum, quæ nos oportet imitari, ut fidem Abrahæ, Isaacii obedientiam, Jacobi labores, Josephi castitatem, Moyſis mansuetudinem, Jobi patientiam, Davidis sanctitatem, & quàm maximè vitam Christi Jesu crucifixi. Hæc verba sibi dicta putent omnes Christiani: Christianus es? specularé vias antiquas, vide quomodo vixerit, & quid fecerit Christus caput tuum, & omne Bonum tuum; Audi quid ad te loquatur de cruce:

*En homo, quæ pro te patior tormenta Redemptor,
Et potas Authoris non meminisse tui?*

Refert Stengelius, quòd Boleslaus quartus Poloniæ Rex affixit pretiosam Patris sui effigiem è collo pendulam secum portaverit, eamque sibi legem sanxerit, ut quoties dicendum aliquid, faciendumque occurreret, impressio osculo Patrem tanquam viventem in imagine compellârit: *Absit ò mi Pater. ut à me unquam aliquid regio tuo nomine indignum statuam.* Hoc fac & tu, ò mi Lector, circumfer in pectore tuo Crucifixi imaginem, eamque sæpius alloquere: *Absit ò mi Jesu, ut in aliquo te offendam &c.*



CONSIDERATIO CLIII.

Christus passus & Crucifixus docet nos, quomodo debeamus servare salutare silentium.

*Sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram
tondente se obmutescet, & non aperiet os suum.
Isa. 53. 7.*

I.

Totus quasi infernus conjuravit contra Job virum patientissimum, juxta ac sanctissimum, ut eum perderet, & è mundo eliminaret; in hunc finem percussit eum Sathanas ulcere pessimo à planta pedis usque ad verticem, & reliquit ei solam uxorem & labia illæsa: *Derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos.* Et quare hoc?

Job. 17. 20.

ses meos.

R. Cum

1. cum Mansio, ideò petulantem uxorem Jobo patientissimo efferelectam, ut maritum suum tot sustinentem calamitates ac dolores ad iram, indignationem & ad maledicendum Deo provocaret: *Benedic Deo, & morere.* os autem & labia Jobo parem ob causam, licet toto corpore sauciato, à diabolo illasa conservata sunt, ut ad blasphemandum & maledicendum Deo provocaretur; sed prudentior fuit Job, tacuit enim in omnibus, & divinæ voluntati se penitus commisit, & sic diaboli astutias illufit, unde S. Ambrosius: *Job plagam suam silentio vicit, & tolerantiam suam taciturnitate superavit.* s. Ambr. in Psal. 38.

Job, prout alibi diximus, typus insignis fuit Christi patientis & Crucifixi, contra quem totus infernus, ut eum perderet, cum Synagoga, quæ uxorem Jobi representaverat, conjuravit, hinc in toto illius corpore non erat sanitas, sed *vulnus & livor & plaga tumens.* Conservata autem solum sunt intacta Christi labia. Et quare? En astutiam diaboli & ministrorum ejus Judæorum, ut in tantis calamitatibus ac doloribus eum contra Deum impatientem redderent, & ad blasphemandum provocarent. Sed contra accidit, dum sicut ovis ad occisionem ductus est, & quasi agnus coram tondente se obmutuit, nec aperuit os suum. *Disce hic salutare silentium; & quàm bonum sit præstolari cum silentio salutare Dei.* Thren. 3. 26.

2. Recordor hic illius magnificentissimi Templi, quod Rex Salomon Hierosolymis quondam ædificavit, in quo formando maxima artificum & operariorum multitudo laborabat, & quod rerum intelligenti mirabile videri debet, illud est, quòd in eo ædificando nullus malæorum sonitus, nulla percussio, nullus strepitus auditus sit: *Domus autem cum ædificaretur de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est: Et Malleus & securis & omne ferramentum non sunt audita in domo, cum ædificaretur.* Et quomodo, obsecro, hæc fieri poterant inter tot hominum laborantium millia: *Fueruntque Salomoni septuaginta millia eorum, qui onera portabant, & octoginta millia latomorum in monte, absque præpositis, qui præerant singulis operibus numero trium millium & trecentorum præcipientium populo, & his qui faciebant opus;* Et interim, cum ædificaretur Templum, nullus instrumentorum audiebatur tumultus? Et quare hoc? An quia lapides jam prius erant bene dolati, quadrati, aptati? Et hoc quidem verum est; an quia apud DEum non est impossibile omne verbum? Ita quidem est, sed aliud quæro mysterium.

3. Cum idem Templum per Chaldæos hostes & victores tandem destructum fuit, vah qualis strepitus ærumentorum, arietum fremitus, & rumarum fragor obaudiebatur? *Omnia hæc contingebant illis in figura:* Hoc enim magnificentissimum Templum Christi pretiosissimi *Ginther Unus pro omnibus, D d d d Redem-*

- Jo. 2. 19.** Redemptoris nostri præfigurabat corpus: ita Mallonius, imò & ipse Christus: *Solvite Templum hoc. & in tribus diebus readificabo illud: ille autem dicebat de Templo corporis sui.* Ubi hoc divinissimum Templum in castissimo B. Virginis utero operâ Spiritûs Sancti formatum & extructum est, omnia in summo fiebant silentio: *Cum silentium tenerent omnia, & nox in medio cursu esset, omnipotens sermo tuus ad nos de regalibus sedibus venit,* sed ubi per Gentiles & Judæos in passione destructum est, vah qualis armorum strepitus, malleorum, & flagellorum ictus, clamor Judæorum & Gentilium: *Dicunt omnes: Crucifigatur.* Et iterum: *At illi succlamabant, dicentes: Crucifige, crucifige eum;* Et rursus: *At illi instabant vocibus magnis, ut crucifigeretur: Et invalescebant voces eorum.* En quantus clamor & tumultus, dum impii Jesum volebant perdere. Et quid mitissimus Salvator? **Matth. 26. 63.** *Jes. autem tacebat, & in cruce pendens: Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Discere hic juxta exemplum Christi tacere, vel si oportet, sine felle respondere. Unde rectè Dion Philosophus dicere solebat, naturam probè egisse, quæ geminas aures & linguam unicam nobis fabricavit, ut ad audiendum essemus, quàm ad loquendum promptiores.
- Thren. 3. 29.** 4. Jeremias Propheta, qui & ipse typus Christi fuit, ita de illius Passione vaticinatus est: *Ponet in pulvere os suum, si fortè sit spes: dabit percipienti se maxillam, saturabitur opprobriis.* Et quomodo Christus patiens ac crucifixus posuit in pulvere os suum? **Luc. 23. 21.** *Et rursus: At illi instabant vocibus magnis, ut crucifigeretur: Et invalescebant voces eorum.* En quantus clamor & tumultus, dum impii Jesum volebant perdere. Et quid mitissimus Salvator? **Matth. 26. 63.** *Jes. autem tacebat, & in cruce pendens: Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Discere hic juxta exemplum Christi tacere, vel si oportet, sine felle respondere. Unde rectè Dion Philosophus dicere solebat, naturam probè egisse, quæ geminas aures & linguam unicam nobis fabricavit, ut ad audiendum essemus, quàm ad loquendum promptiores.
- Jerem. 11. 19.** 5. Ubi innocens Joseph traditus fuit in carcerem, nec verbum opposuit, nec querelam movit, sed cum silentio hanc injuriam supportavit, certus, Deum innocentia suæ fore defensorem. Jeremias, ubi pari modo, licet innocentissimus, missus est in carcerem, tacuit, & silentio omnium inimicorum suorum vicit injuriam: **Gen. 39. 20.** *Ponet in pulvere os suum, si fortè sit spes: dabit percipienti se maxillam, saturabitur opprobriis.* Et quomodo Christus patiens ac crucifixus posuit in pulvere os suum? **Luc. 23. 21.** *Et rursus: At illi instabant vocibus magnis, ut crucifigeretur: Et invalescebant voces eorum.* En quantus clamor & tumultus, dum impii Jesum volebant perdere. Et quid mitissimus Salvator? **Matth. 26. 63.** *Jes. autem tacebat, & in cruce pendens: Pater dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Discere hic juxta exemplum Christi tacere, vel si oportet, sine felle respondere. Unde rectè Dion Philosophus dicere solebat, naturam probè egisse, quæ geminas aures & linguam unicam nobis fabricavit, ut ad audiendum essemus, quàm ad loquendum promptiores.
- Jerem. 20. 2.** *Percussit Phassur Jeremiam Prophetam, & misit eum in nervum.* Susanna matrona innocentissima ubi ad mortem condemnata **Dan. 13. 35.** *est, stens suspexit ad cælum, nullo modo iniquis judicibus contradicens, & sic plus egit tacendo, quàm loquendo, conscientia enim illius, habens fiduciam in Deum, illi Domino universorum soli loquebatur, ubi quidem vox non audiebatur, nec quarebat pro se hominum judicium, quæ habebat Domini testimonium.* Ita ferè S. Ambrosius.
- S. Ambr. l. Offic. l. c. 3.**

Magdalena peccatrix, nunc pœnitens ad pedes Domini in domo Simonis nihil, licet esset in summa animi amaritudine, dixisse perhibetur, sed lacrymis cœpit rigare pedes ejus. Similiter sorori de ipsa conquerenti nihil respondit. Rursus indignè ferentibus unguenti pretiosi effusionem, & in eam frementibus nihil dixit, nec ullam querelam movit. Quòd autem rectè & bene tacuerit, Dominus pro ea respondit, & eam ubique defendit: *Quid molesti estis huic mulieri? &c.* Econtra Christus non laudavit illam charitatem, cum enim quidam sub charitatis colore & prætectu infirmum vîsitare, & eo tempore, quo tacendum erat, colloquio recreare vellet, difertè vox è Crucifixi Christi ore audita est, quæ dixit: *Non placet mihi ista charitas.*

6. Jam noli amplius mirari, quare Christus Dominus in passione sua, ac præsertim in cruce tam pauca locutus sit. Tacuit coram Herode, qui ab eo sperabat aliquod signum videre, unde interrogabat eum multis sermonibus: *At ipse nihil ei respondit.* Siluit ad omnes injurias & accusationes in judicio coram Judice Romano, ad stuporem usque Judæorum & Gentilium: *Dicit ei Pilatus: Non audis quanta adversum te dicunt testimonia? Et quid sequitur? Et non respondit ei ad ullum verbum, ita ut miraretur Præses vehementer.* Siluit in cruce, & non nisi septem, sed saluberrima verba locutus est; interim in tribus illis horis, quæ fluxerunt ab hora sexta usque ad nonam, in summis & extremis tormentis altissimum tenebat silentium, solum ad Patrem orans, & tandem cum clamore valido: *Deus meus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?*

Et quid interim dolorosissima Virgo & Mater amoris ac doloris? Stabat in uno pelago dolorum ad pedem crucis, aspiciens in illo patibulo dilectissimum suum Natum toto corpore plagatum, ah quo affectu & commiseratione? Agnovit illius summam innocentiam, agnovit infinitam ejus dignitatem, agnovit dolores immensos, tum internos, tum externos; & quid illa? num clamavit in compositè? num aliquem indecentem gestum edidit? num accusavit apud Patrem impiissimos illos deicidas? Ah minimè, sed silebat ad omnia, & erant oculi ejus sicut aqua in Siloè, quæ cum silentio currunt, O anime mi! Disce à Jesu & Maria salutare silentium, disce congruenter tacere; sed si honor Dei agitur, & salus proximi requirit, loquere confidenter, sed & prudenter, quia juxta Sapientem est tempus tacendi & tempus loquendi. Felix qui utrumque poterit semper divinare, ô quot mala cessarent!